



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 29. Statuta pro usu suffragii per Procuratores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

alte  
qui  
e Fra-  
odien-  
at, vi  
mque  
n fese  
us E.  
, tan-  
s sub-  
bbates  
exclu-  
io, de  
m Di-  
re ul-  
vero  
studi-  
nec  
con-  
rium  
pro-  
, ea  
orum  
alem  
ban-  
pro-  
i fa-  
dine  
con-  
Cet-  
Di-  
eba-  
tur,

tur, ne ad suffragium admitteretur, qui- Sæcul. XVI.  
cunque ab alio subrogatus fuisset, Do- A.C. 1546.  
minicus vero non nisi a Generali Ord-  
inis sui Vicario missus illius vices sup-  
pleret.

### §. XXIX.

#### *Statuta pro usu suffragii per Procuratores.*

**Q**quamvis Legati penes se haberent *Pallav. n. 6.*  
Pontificis Diploma, quo Germa- *& seq.*  
niæ Episcopis suffragii per Procurato-  
res ferendi jus indulgebatur, hoc tamen  
privilegium promulgare haud consul-  
tum censebant, veriti, ne illud plures  
aliarum Regionum Episcopos ad æmula-  
tionem excitaret, quapropter satius fore  
existimabant, si hujus indulgentiæ loco  
summus Pontifex Legatis suis faculta-  
tem daret hanc gratiam illis duntaxat  
impertiendi, quibus eam peculiares ob-  
caussas merito concedendam censerent.  
Verum illis respondit Pontifex: *Non  
convenit, ut vos in ejusmodi salebras conji-  
ciam, ceterorum enim invidiam per hanc inæ-  
qualitatem incurreretis, si uni ea conceditis,  
quæ alteri denegatis: cuncta igitur sint æ-  
qualia, nec ullo paðo permittatis, ut Pro-  
curatoris nomine præsentes deliberativum in  
Concilio suffragium habeant.* Hanc ob-  
rem nec Diploma produxerunt, nec uni-  
versalem hanc concessionem palam fe-  
*Hist. Ecclej. Tom. XXXVIII.* Cœ ce-

Sæc. XVI. cerunt, cunctisque Germaniae Episcopo-  
A.C. 1546. rum Procuratoribus jus suffragii den-  
garunt, ac ipsos quidem Augustani Car-  
dinalis Procuratores excluserunt, quo-  
rum prior erat ejusdem Ecclesiæ Cano-  
nicus, alter vero Claudius Jajus ex pri-  
mis decem S. Ignatii Loyolæ Sociis.  
Eidem legi pariter ceteri omnes, qui  
Tridentum confluxerant, subjiciebantur,  
hancque agendi rationem Papa ratam  
habuit. Denique fuit sanctum, ut E-  
piscopi pedo ac mitra ornati suam in  
Concilio sententiam sedentes ennuntiare  
possent.

### §. XXX.

#### *Contentio de Synodi titulo Decretis præfigendo.*

Pallav. n. 8. Acrior adhuc controversia movebatur  
circa titulum, qui Synodo præfige-  
retur, quamvis hæc quæstio facili nego-  
tio decidenda videretur, sæpius tamen  
fervide agitata Synodum turbabat;  
Pontifex enim suis Legatis in mandatis  
dederat, quod Decretis hæc verba præ-  
ponerent: *Sacrosancta æcumenica & gen-  
eralis Synodus Tridentina præsidentibus Si-  
dis Apostolicae Legatis:* Inde vero totius  
litis origo erat; quippe Puccius Marcel-  
lus Fesulanus Episcopus contendebat,  
ad majorem Concilii dignitatem hæc  
verba: *Universalem Ecclesiam repræsen-  
tans;*